

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1229 - 1230

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

impetitionem. quodsi autem cives unius civitatis dampnificati fuerint ab aliquo ministeriali vel provinciali, qui non est alterius civitatis civis, eadem civitas pro hoc dampno nullatenus tenebitur respondere, si cives ejus hoc facto non interfuerint. si autem ablata forte in civitate reperta fuerint, justitia et satisfactio condigna dampnificato est exhibenda. ut autem hec amicabile compositio rata et inconvulsa in evum permaneat, presens pagina descripta est in testimonium et sigillis utriusque civitatis firmiter communita. acta sunt hec publice anno dominice incarnationis 1229 in tempore horum consiliariorum Argentinensium: domini Wernheri marscalci, Humberti Zidelarii, Siglini burgravii, Eberhardi Pueri, Erbonis judicis, Cûnradi Virnecorn, Erbonis junioris, Nicolai Gozelini, Rudolphi de Zavernia, Weltscini, Friderici filii Cûnonis, Hartungi generi Vituli, Rudolphi filii Lenzelini magistri scabinorum¹.

M aus Mültenberg. Habel-Stift. or. mb. c. 2 sig. pend.

Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 224^b des Straßb. St. A. bei Schöpflin Als. dipl. I, 363 nr. 455 (a. 1228).

15 **217.** *Kaiser Friedrich II ertheilt dem Bischof, den Ministerialen und den Bürgern von Straßburg für ihre Parteinahme gegen ihn in seinem Streit mit der Römischen Kirche Amnestie. 1230 August 28 Ceperano.*

Fr[idericus] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. universis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. per presens scriptum notum facimus universis, quod nos remisimus venerabili episcopo Argentinensi dilecto principi nostro, ministerialibus omnibus et civibus Argentinensibus omnem culpam et offensam, quam iidem omnes occasione discordie orte inter nos et Romanorum ecclesiam contra nostram celsitudinem commiserunt. fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus nullus vestrum sit, qui eisdem episcopo, ministerialibus et civibus occasione predicta in personis vel bonis suis molestiam inferre presumat temere vel gravamen. datum in castris prope Ceperanum 28 augusti, 3 indictionis.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 6 or. mb. c. sig. pend. delapso.

30 *Gedruckt ebendarnach bei Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. III, 220. Nach dem Briefbuch A fol. 22^a des Straßb. St. A. bei Wencker App. et instr. archiv. p. 165 = Lünig XVII, 872 nr. 13; Schöpflin Als. dipl. I, 365 nr. 459. — Böhmer nr. 675.*

¹ Die im Raths- u. Bürgerbuch fol. 4^b des Straßb. St. A. von einer Hand des 15ten Jahrh. verzeichnete Rathsliste des Jahres 1229 enthält außer diesen Namen noch den des Otto Riplinus und einige Bürgernamen: Erbo inter mercatores, Heinricus et filius suus de Luto, Sifridus ad Salmonem, Fridericus Rufus, Sifridus Haberer, Heinricus de Ache.